bilibior est ceteris scientijs. et sapientia primarie dicitur. Quod sit nobilior alijs scientijs sic probatur. Et hoc ubi supra art. v. Cum ista scientia sit speculativa et practica. quantum ad aliquid transcendit omnes alias scientias tam speculativas quam practicas. Scientiarum enim speculativarum una est altera dignior. tum propter certitudinem. tum propter dignitatem materie. Et quantum ad utriusque hec scientia omnes speculativas scientias excedit. Et secundum certitudinem quidem. quod alie scientie habent certitudinem ex lumine naturali rationis humane que potest errare. Hec autem ex lumine diuine scientie que recipi non potest. Secundum autem dignitatem materie. quod ista scientia est de his principaliter que sua altitudine rationem transcendunt. Alie vero scientie considerantur tantum ea que rationi humane subduntur. Quantum autem ad practicas scientias illa est dignior que ad vtiliorem finem ordinatur sicut civilis militari. Nam bonum exercitum ad bonum civitatis ordinatur. Finitis autem huius doctrine in quantum est practica est beatitudo eterna ad quam sicut ad vltimum finem ordinantur omnes fines aliarum scientiarum practicarum. Et sic secundum omnem modum est omnibus dignior. Unde alie scientie dicuntur ancille eius. hoc autem est comina. Iuxta illud proverbio. ix. Sapientia edificavit sibi domum et misit ancillas suas vocare ad mensam civitatis. Et quibus de principijs aliarum scientiarum dubitari non possit. sed de principijs huius scientie que sunt articuli fidei ab aliquibus dubitet. non propter hoc est minus digna alijs. Nam nihil prohibet quod est certius secundum naturam esse minus certum quo ad nos. quod contingit propter debilitatem intellectus nostri. qui se habet ad manifestissima rerum. sicut oculus nocturne ad

lumen solis. ut dicitur in .iij. metaphysice. Unde dubitatio que accidit aliquibus circa articulos fidei. non est propter incertitudinem rei de qua est. sed propter debilitatem intellectus nostri. et tamen minimum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum. est desiderabilius quam certissima cognitio que habetur de infimis rebus. ut dicitur in .xi. de animalibus. Quod etiam hec scientia accipiat aliqua a philosophicis disciplinis. ut patet in libris sanctorum doctorum. beati Augustini. beati Hieronymi. et aliorum. qui multa inducunt testimonia et declarationes et philosophis ethnicis. hoc non est quasi necessario eis indigeant. sed ad maiorem manifestationem eorum que in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia ab alijs scientijs sed immediate a deo per revelationes. Et ideo non accipit ab alijs scientijs tanquam a superioribus. sed virtute eis tanquam inferioribus et ancillis. sicut architectos videntur subministrantibus. et civilis militari. Et hoc ipsum quod sic virtute eis. non est propter defectum vel insufficientiam eius. sed propter defectum intellectus nostri. qui ex eis que per naturalem rationem ex qua procedunt alie scientie cognoscunt. facilius manuducit in ea que sunt supra rationem que traduntur in sacra scriptura.

### Doctrina sacre scri .§.ix.

pture primarie dicitur sapientia. Unde Deuteronomio. n. in principio legis dicitur. Hec est vna sapientia et intellectus coram populis. Et ut dicit beatus Thomas in prima parte. q. i. art. vi. Inter omnes sapientias humanas non solum in aliquo genere tantum. sed simpliciter est maxima sapientia. huius ratio est. Cum sapientis sit ordinare et iudicare. Iudicium autem per aliorum causam de inferioribus habetur. Ille sapiens dicitur in vnoquoque genere qui altissimam causam iudicat illius generis. Sicut in genere edificij. artifex qui disponit formam edificij totius. dicitur sapiens architectus. respectu inferiorum artificum qui tollant lapides et parant cementum. Unde dicitur .i. Corinth. .iij. ut sapiens architectus fundamentum posuit. Et in genere totius humane vite prudens dicitur sapiens. in quantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Unde dicitur proverbio. x. Sapientia est viro prudentia. Ille igitur qui considerat simpliciter altissimam causam totius uniuersi que deus est. maxime sapiens dicitur. unde et sapientia dicitur esse dignior cognitio que habetur secundum beati Augustini. r. de trinitate. Sacra autem doctrina propter istam me determinat de deo. secundum quod est altissima causa quia non solum quantum ad id quod est per creaturas cognoscibile. quod philosophi cognouerunt. secundum illud ad Romanos. i. Quod notum est dei manifestum est in illis. id est quod cognosci potest

## Titulus Undecimus

de deo per naturalem rationem fuit illis notum. Sed etiam quantum ad id quod est notum sibi soli de seipso et alijs per revelationem communicatum. sicut illud. i. Corinth. xi. Quod oculus non vidit. nec auris audit. nec in cor hominis ascendit. que preparavit deus diligentibus se. nobis revelavit deus per spiritum suum. Unde hec doctrina sacra non supponit sua principia ab aliqua scientia humana ut dictum est supra. sed a scientia divina a qua sicut a summa sapientia omnis nostra cognitio ordinetur. Nec ad ea pertinet probare principia aliarum scientiarum. sed solum iudicare de eis. Quicquid enim in alijs scientijs invenitur contrarium huic doctrinae. totum condemnatur ut falsum. sicut illud. ii. Cor. x. Arma nostra scilicet scripture sacre non sunt carnalia. sed spiritualia deo. consilia destruunt. et omnem altitudinem extollentes se adversus scientiam dei. Et ut agnoscatur differentia huius sapientie. id est doctrine. a sapientia que est donum spiritus sancti. Sciendum est quod cum iudicium ad sapientem pertineat sicut duplicem modum iudicandi. Sic dupliciter dicitur sapientia. Uno enim modo contingit aliquem iudicare per modum inclinationis. sicut qui habet habitum virtutis recte iudicat de his que agenda sunt sicut illam virtutem. in quantum ad illa inclinatur. Alio modo contingit aliquem iudicare per modum cognitionis. sicut aliquis bene instructus in scientia moralis bene iudicare potest de actibus virtutum. etiam non si habeat habitum earum. Primum ergo modus iudicandi de divinis pertinet ad sapientiam que est donum. sicut illud. i. Cor. ii. Spiritualis omnia iudicat. Sed secundus modus iudicandi de divinis pertinet ad hanc doctrinam que sapientia dicitur. sicut quod per studium habet licet eius principia per revelationem sint.

**Doctrina sacre scri.** s. r. pture est argumentativa. Unde dicit apostolus ad Thimothee. i. Amplectentem eum qui sicut doctrinam et fidelem sermonem ut potens sit exhortare in sana doctrina. ut eos qui contradicunt arguere. Pro cuius declaratione sciendum sicut beatus Thomas in prima parte. q. i. artic. viii. Sicut alie scientie non argumentantur ad sua principia probanda. sed ex ipsis principijs argumentantur ad aliqua alia ostendenda in ipsis scientijs. Ita hec doctrina non argumentatur ad sua principia probanda que sunt articuli fidei sed ex eis procedit ad aliquid aliud ostendendum. Sicut apostolus. i. ad Corinth. xv. Ex resurrectione christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Sed tamen considerandum quod in scientijs philosophicis inferiores scientie nec probant sua principia. nec contra negantes sua principia disputant. imo hoc relinquunt superiori scientie

Suprema vero inter eas que est metaphysica disputat contra negantes sua principia. si aduersarius aliquid concedat. Si autem nihil concedit. non potest cum eo disputare. potest tamen solvere rationes ipsius. Unde cum sacra doctrina non habeat superiorem scientiam. disputat cum negante sua principia. arguendo quidem si aduersarius aliquid concedat eorum que per divinam revelationem habentur. sicut per autoritates sacre scripture disputatur contra hereticos. Et per unum articulum disputamus contra negantem alium. Si vero aduersarius nihil concedat eorum que sunt divinitus revelata in sacra scriptura ut pagani. non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes. sed ad solvendum rationes si quas inducit contra fidem. Cum enim fides infallibiliter veritas immutetur. Impossibile autem sit verum demonstrari contrarium. manifestum est probationes que contra fidem inducuntur. non esse demonstrativas. sed argumenta solubilia. Non ergo ex argumentis humane rationis proceditur ad probandum que sunt fidei. sed ex articulis fidei argumentatur per hanc doctrinam ad alia probanda. Et sic non est contra quod ait beatus Ambrosius. Colle argumenta ubi fides queritur. quia loquitur de argumentis rationis humane ad probandum fidem. Et notandum diligenter sicut beatus Thomas ubi supra. quod argumentari ex autoritate. est maxime proprium huius doctrine. eo quod principia huius doctrine ex revelatione habentur. et sic oportet quod credatur autoritati eorum in quibus revelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrine. Nam licet locus ab autoritate qui fundatur super revelatione humana sit infirmissimus. ut de hoc loquitur Boetius dum dicit. locum ab autoritate debilissimum. Locus tamen ab autoritate que fundatur super revelatione divina. cuiusmodi est autoritas sacre scripture. est efficacissimus. Dicitur tamen doctrina sacra ratione humana non quidem ad probandum fidem. quia per hoc tolleretur meritum fidei. sed ad manifestandum ea que traduntur in hac doctrina. Cum enim gratia non tollat naturam sed perficiat. oportet quod naturalis ratio subserviat fidei. sicut et naturalis inclinatio voluntatis charitati obsequitur. Unde apostolus. ii. Corinth. x. In captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium christi. Et inde est quod etiam autoritate philosophorum sacra doctrina utitur. qui per rationem naturalem veritates cognoscere poterunt. Sicut paulus Actu. xvii. inducit verbum arati dicentis. Sicut et quidam poetarum vestrorum dixerunt. genus dei sumus. Sed tamen sacra doctrina his argumentis utitur quasi extraneis argumentis et probabilibus. Autoritatibus autem sanctorum doctorum utitur. quasi arguendo ex

## Capitulū Secundum

propria sed pbabiliter. Innuitur enim fides nostra reuelationi aplis et pphris facte, qui canonicos libros scripserunt, non autē reuelationi siqua fuit alijs doctozibus facta. Unde dicit bea. Aug. in epistola ad hieronymū. Ego solis eis scriptozibus qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honorēque referre, ut nullum eoz scribendo errasse audeam credere. Aut si in eis aliquid offendero, qd videatur contrariū veritati, nihil aliud q̄ vel mendosum esse codicē, vel non esse assecutum interpretem quod dictū est vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autē ita lego ut quātalibet sanctitate quāra de doctrina polleant, nō ideo verum putem, qz ita ipsi senserint, sed quia mihi per alios auctores vel canonicas vel pbabiles rationes q̄ a vero nō abhorreant persuadere poterunt. **De ille** Et habetur di. ix. Ego. Idem in tertio de trini. in prologo. Noli meis literis quasi canonicis scripturis inferuire, sed in illis quodcumq̄ credebas, cum inueneris incunctanter crede. In istis autem quod certum habebas nisi certū intellexeris noli firme tenere. d. e.

### Doctrina sacra uti. §. xi.

ut metaphozis. Unde dñs dicit Osee. xij. Ego visionem multiplicavi eis, et in manibz prophetarum assimilatus sum. Tradere autē aliquid sub similitudine, p̄inet ad metaphozam. Qd autē sit cōueniens sacre scripture tradere diuina et spiritualia sub corporalium metaphozis sic probat bea. Th. in prima pte. q. i. arti. ix. Deus omnibz prouidet. s̄m q̄ competit eozū nature. Est autē naturale homini, ut p̄ sensibilia ad intelligibilia deueniat, quia omnis nostra cognitio a sensu habet initium. Unde cōuenienter nobis in sacra scriptura sub metaphozis tradunt diuina et spiritualia. Et hoc est quod dicit Dionysius in li. cele. hierarchie. Impossibile est nobis aliter lucere radium diuinū, nisi veritate sacrorum velaminum circūuelatum. Conuenit etiam hoc sacre scripture, quia cōmuniter ipsa ponitur tam rudibz q̄ doctis, s̄m illud Ro. i. Sapientibus et insipientibz debitor sum, ut ergo saltem vel sic rudes capiant diuina et spiritualia, qui ad intelligibilia s̄m se capiēda nō sunt idonei, cōuenienter sub similitudinibz rerum corporalium, spiritualia in scriptura sacra traduntur. Et quibus poetica que est infima scientiarū utatur metaphozis, non tamen eadem ratione qua et sacra doctrina que est maxime digna super alias. Triplici autem ex causa utitur q̄s metaphozica locutione, videlicet propter representationem, p̄pter necessitatem, et p̄pter utilitates. Propter primam causam utitur poetica metaphozis scilicet, p̄pter representationes, ut delectet. Representatio enim est homini delectabilis, vñ

te et metricule dicuntur precipue poetica, quia de mulcent aures, et delectant legentes. Propter scōdam autem causam et tertiam sacra doctrina utitur metaphozis principaliter, et si hoc etiā delectet p̄pter necessitatem, videlicet, quia ut dictum est aliter non possent homines precipue rudes capere spiritualia, nisi per similitudines rerum materialium. Nec ex hoc radius diuine reuelationis destruitur propter figuras sensibiles quibus circūuelatur, ut dicit Dionysius, sed remanet in sua veritate ut mentes quibus reuelatio fit nō permittat in similitudinibz remanere, sed eleuet eas ad cognitionē intelligibiliū. Et p̄ eos quibus reuelatio facta est, alij etiam circa hoc instruantur. Unde ea que in vno loco traduntur sub metaphozis, in alio loco expressius exponuntur. Propter utilitatem etiam quod est tertia causa metaphozarum, sacra doctrina utitur metaphozis, ut quia ipsa occultatio veritatis sub figuris est utilis ad exercitium studiosorum, ut manibus fricantes spicas laborando ad latentia grana proueniant more discipulozū. Unde reficiantur, et de obrutis fauozū cellulis mel educentes, spiritū super mel dulcem degustent fideles, qui forte de apertis locutionibz fastidirent. Tum etiā quia per hoc occultatur veritas infidelibus, ne ea que sunt fidei irrideant, vñ et christus ait Mat. vii. Nolite sanctum dare canibus neq̄ mittatis margaritas vestras ante porcos, quia scilicet secreta fidei infidelibus non sunt pandenda, ut exponit Origenes, di. xliij. In mandatis. Notandū etiā sicut docet Dionysius in. ij. cap. cele. hierarchie q̄ magis cōueniens q̄ diuina nobis tradantur sub similitudinibz vilium corporū q̄ nobiliorū triplici ex causa. Primo quia per hoc magis liberat animus nosster ab errore. Manifestum enim apparet, quia hoc s̄m proprietates nō dicuntur de diuinis, qd posset esse dubium, si sub figuris nobiliorū corporū diuina traderentur, maxime apud illos qui nihil aliud a corporibz nobilibz excogitare nouerunt. Secūdo quia hic modus est cōuenientior cognitiōni quā de deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis in vita ista quid nō est, q̄ quid est. Et ideo similitudines illoz que magis elongant a deo veriorē in nob faciūt extirpationem de deo q̄ sit supra id quod de eo didicimus vel cogitamus. Tertio p̄ huiusmodi vilia magis occultantur indignis.

### De quadruplici §. xii.

sensu seu modo exponendi sacre scripture scilicet literali, allegorico, tropologico et anagogico. Unde versus. Litera gesta docet quid credas allegorica. Moralitatis quid agas, quo tēdas anagogica. Sicut verbi gratia. Hierusalem s̄m literalē sensum cum de ea agitur in scriptura.

## Titulus Undecimus

significat civitatem quandam que destructa fuit a romanis principibus. **S**ecundum allegoricum sensum significat ecclesiam. **S**ecundum tropologicum significat animam. **S**ecundum anagogicum insinuat supernam patriam. **U**nde **G**regorius dicit in xv. moral. quod sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis sue more transcendit. quia vno eodemque sermone dum narrat gestum prodit mysterium. id est in nuntiat spirituale intellectum ut dicitur. **P**ro cuius declaratione dicit beatus **A**ugustinus in prima parte. q. i. articulo. x. quod auctor sacre scripture deus est. in cuius potestate est. ut non solum voces accommodet ad significandum. quod etiam homo facere potest. sed etiam res ipsas. **E**t ideo cum in omnibus scientiis voces significant. hoc habet proprius ista scientia. quod res significant per voces etiam aliquid significant. **I**lla ergo significatio prima qua voces significant res pertinet ad primum sensum qui est sensus historicus seu literalis. **I**lla vero significatio qua res significant per voces significant alias res. dicitur sensus spiritualis qui fundatur super literalem. et eum supponit. **H**ic autem sensus spiritualis triphariam divinitur. **S**icut enim dicit apostolus. **L**ex vetus figura est nove legis. **E**t ipsa nova lex est figura future glorie. ut dicitur **1** Cor. x. **I**n nova etiam lege ea que in capite sunt gesta. sunt signa eorum que nos rogare debemus. **S**ecundum ergo ea que sunt teris legis significant ea que sunt nove legis. est sensus allegoricus. **S**ecundum vero ea que facta sunt in christo. vel significant christum. sunt signa eorum que nos agere debemus. est sensus moralis. **P**ro ut vero significant que in futura gloria. est sensus anagogicus. **Q**uia vero sensus literalis est ille quem auctor intendit. auctor autem sacre scripture deus est. qui omnia simul suo intellectu comprehendit. non est inconveniens ut beatus **A**ugustinus dicit in xij. confes. si etiam secundum sensum literalem in vna litera sacre scripture plures sensus reperiuntur. **S**icut verbi gratia. **I**llud quod a deo dicitur. **q**. **R**egum. viij. de filio dauid salomone. **E**go ero illi in patre. ipse erit mihi in filium etc. dupliciter exponitur secundum literas. **U**no modo de christo id est dei filio incarnato. **E**t ad istum intellectum inducit apostolus ad **H**ebreos. id est auctoritatem ad probandum christum dei filium. procedendo secundum sensum literalem dicente auctoritatis. **P**am allegoricus non est argumentarius. **E**t quod sequitur in textu. **S**i quis deliquerit arguam eum in virga virorum. si referatur ad christum. intelligitur de corpore eius mystico. **N**el referetur solus ad salomonem. **A**lio modo ad literas exponitur de salomone. qui fuit filius dei per adoptionem dum bonus fuit. **E**t ex verbis sequentibus arguunt aliqui salomonem et si a deo auersum propter amorem mulierum tandem ad eum reuertum per penitentiam. et

punitum in virga virorum insurgentium contra eum. **U**nde subditur. **M**isericordiam autem non auferam ab eo. **N**otandum etiam quod cum beatus **A**ugustinus dicat. quod illud quod vetus testamentum continet. traditur quadripartitum. scilicet secundum historiam. secundum etymologiam. secundum anagogiam. et secundum allegoriam. ut dicit beatus **T**omas **P**rima tria pertinent ad sensum literalem. **H**istoria est ut dicit beatus **A**ugustinus. cuius simpliciter aliquid proponitur. **E**tymologia. cuius causa dicitur assignatur. sicut cum **T**ominus assignavit causam quare mox permisit dari libellum repudii. scilicet propter duriciam cordis eorum. **S**ecundum **S**aturnum. **S**ynagoga vero est. cum veritas vnius scripture ostenditur veritati alterius non repugnare. **A**llegoria autem quam quarto loco ponit. comprehendit alios tres sensus scripture. scilicet moralis. anagogicum. et allegoriam. **I**tem sensus parabolicus sub literalis sensu continetur. **P**am per voces significatur aliud proprie. aliud figurate. nec est literalis sensus ipsa figura. sed significatus per figuram. **N**on enim scriptura nominat brachium dei. est sensus literalis de membro corporali eius. sed de virtute operatiua sua. **E**t simili quod christus in parabolis ait de vinea culta. et agro sato et nuptiis et hinc. ad sensum literalem pertinet id quod christus intendebar per illas parabolas. ut de ecclesia vel verbo predicato et hinc. **S**i quis autem exponeret parabolam de vinea de anima in particulari. iam ille esset sensus tropologicus seu moralis. **N**ec oportet omnem auctoritatem scripture aut etiam historiam exponere secundum istum quadruplicem sensum sed modo secundum unum. modo secundum alium. ut dicit **O**rigenes. tractans illud de archa noe. quod erat bicamerata et tricamerata. **E**t quod dicit beatus **G**regorius in moralibus. vel alij doctores quod aliquam scripturam non potest intelligi secundum literas intelligitur secundum superficiem seu corticem literarum. non quod scriptura in omni parte sua habeat intellectum verum literalem. qui non occidit sed viuificat. **S**icut verbi gratia. cum ait psalmus. **L**oquimur iacob etc. secundum literam id est corticem literarum nusquam inuenitur iacob comestus. et ideo non potest intelligi hoc secundum literam id est corticem literarum. **S**ed sensus literalis est. quod populus ille in deorum dicitur iacob. quoniam ab eo descendit. fuit plures propter peccata sua quasi ad nihilum deductus diuersis flagellis. sicut id quod comeditur ad nihilum deducitur. **I**tem ex multiplicitate horum sensuum non sequitur aliqua confusio in sacra scriptura. cum omnes sensus fundentur vnum scilicet literales. **E**x quo solo potest trahi argumentum. **N**on autem ex his que secundum alium triplicem sensum dicuntur. ut dicit beatus **A**ugustinus ad **V**incetium conanistam. **N**ec tamen ex hoc reperit aliquid sacre scripture

## Capitulū Secundum

re. qz nihil sub spirituali sensu cōtinet fidei necessarium. qd scriptura alibi p literalem sensum nō tradat. Sicut verbi gratia. ad ostendendum qz christus volūtarius accessit ad passionē. est figura. qz ysaac pmissit se sponte ligari ab abraaz ad victimandū. sed istud expisse habet Esa. liij. vbi dicit. Oblatus est qz ipse voluit etc. Et qd Hiero. ait ad paulmū. qz viciosissimū genus dicens est deprauiare scripturas. et ad sensus suos scripturam trahere etiā repugnantē. videtur intelligendū quo ad expositionē scripturę literalem. nam qd ad sensum spūales omis expositio scripturę fundata in veritate fidei. et congruenter aptata bona est. et oēs doctores talibz vtuntur. Quis etiā id qd male gestū est fm lram seu historiam. significat spūaliter aliqd bene factū. vt dicit. b. Grego. in moral. Quid enī scelestū dauid in adulterio et occisione vrie. Et qd fidelius vria. et tñ vt ipse expōit dauid significat deum. et vrias pplm iudeoz reprobatum.

### De septē regulis .i. xliiij.

que ab aliqbus dicuntur clauē. qz p eas aperit intellectus in multis. ad intelligendū scripturas factas qz ponit fido. in pzo li. de summo bono. Et. b. Aug. in li. de doctrina christiana Et dicit eas fuisse ryonū. vt refert Hiero. de lira in plogo sup penthateuchon. Qui etiā dicit qz volenti pficere in studio sacre scripture. necessariū est incipere a sensu literali. qz ille est fundamentū. et ex solo illo argumentari pōt circa dubia fidei et mor. nō ex sensibz spūalibz. Est g prima regla seu clauis sapie de dño iesu christo et ei' corpe mystico qd est ecclia. qz p cōnexionē capitis ad corpe sacra scriptura sub vno oertextu qsi sub eadē psona. aliqñ loqitur dvtroqz. de vno transiens ad aliud. Verbi grā Esa. lxi. Induit me vestimētis saluē. et indumēto iusticie circū dedit me qsi sponsus decozatū corona. et qsi sponsam ornatā monilibz suis. Ex enī dicit qsi sponsam loquit de christo. Et qd sequitur qsi sponsam ornatā monilibz suis. intelligit de ecclia. Sicut qd dicit Lanf. i. Osculet me osculo oris sui. qz meliora sunt vlera ei' vino. Qd dicit osculetur me osculo oris sui. verbū est sponse frui sponso desiderantis. Qd aurez subdit. qz meliora sunt vlera ei' vino. verbū est sponsi eccliam cōmendantis. siue de duobz pceptis dilectiōis. e qbz elicif lac refectiōis pure. supantis vinū mūdane delectatiōis. Siue intelligat de duobz testamētis scripture. Vnde exprimit lac doctrine excedentis secularē oēm scientiā. Scda regula est de corpe dñi mystico vero et simulato. Ecclia enī est sagena nondū tracta ad litus. cōtinens pisces bonos et malos pmixtos. sed separandos ab inuicē in fine mūdi. vt dicit parabolice Math. xliij. Et iō in sacra scriptura mali cō

mendant cum bonis quibus sunt pmixti. sicut Osee. xi. Israel et dilexi eam. Et econuerso. aliqn boni vitupant cū malis. sicut Esa. i. Cognouit vos possessore suum. et asinus psepe dñi sui. Israel aut non cognouit me. Aliqn in eodēz cōtextu exprimit quid ad bonos p̄ineat quid ad malos. sicut Lanf. i. Nigra sum sed formosa sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis. Verba sunt sponse ecclie. q̄ ratioe maloz dicit nigra. et ratioe bonoz formosa. Et qd subdit pro exemplo. Sicut tabernacula cedar. b̄ refert ad malos. Et cedat enī descenderūt saraceni nigri vitūs. Qd addit. sicut pelles salomonis. applicatur ad bonos. Salomon significat hic teū. Pelles tabernaculi qd postea transfuit in templuz. qbz coopiebat iacinctine et rubricate sunt virtutes sapie et charitat. q̄ operit multitudinem peccatoz. Tertia regula est de spiritu et litera fm qz accipit sub eadēz litera sensus hystoricus et mysticus. qz veritas historie est tenenda. et ad spūalem sensum referenda. Sicut apls loquēs ad Gal. nū. dicit. Is q̄ fm carnem nat' est. i. ismael. psequēbat eum q̄ fm spūz nat' est. i. isaac. trahendo eū seu alliciendo ad malū. Et figurat spūaliter malos in ecclia psequi bonos. saltem moribz prauis. Potest etiam aliter exponi dicta regula. vt referat vtrūqz ad sensus literalem tm. qui q̄qz est duplex. Sicut illud qz dñs dicit. i. paralip. xvij. Ego ero illi in patre et ipse erit mihi in filio. hoc intelligit fm literā de salomone et de christo. vt dictū est supra. Sed prout intelligit de christo. potest esse sensus spūalis. fm quid. in q̄ntū scz christus fuit figurat' in salomone. Quarta regula est de specie et genere seu de pte et toto. cuz de vno transit ad aliud. Sicut Esa. xliij. Primo loquit cōtra babylonez spūaliter cū dicit. Onus babylonis. i. flagellum et malū inducendū sup talem ciuitatē. et transit ad intelligendū verbuz de toto mūdo generalit' p hoc qd subdit. A summitate celi dñs et vasa furoris eius. vt disperdat oēm terrā. Postea reuertitur ad loquēdū de ciuitate illa babylone specialiter cū dicit. Ego suscitabo super vos metos. qui argentū non q̄rant. qz scz dan' medus cum nepote suo cyro cepit babylonez. et interfecit balthasar regem eius. Dan. v. Quinta regula est de tempibz. que cōtingit q̄drupliciter. Vno mō per synodocē qn ponit pars t̄pis p toto. sicut in euangelio. cū christus dicit fuisse in sepulcro tribz diebz. et tamē prima dies et vltima non fuerūt completi. Scdo modo ppter minutias tempis que aliquādo cōputant. aliquādo omittunt. Et fm scripturam loquēs de aliquo numero annozū in pluribz locis. aliquāto ponit plures annos predictas minutias ponens. Alio loco pauciores predictas minutias omittendo. Tertio modo contingit eo qz com

## Titulus Undecimus

curatio annoꝝ incipit in vno loco scripture a priori tpe in alio loco a posteriori. Sicut Gen. xv. dictu fuit abrae. Semen tuu futuru est peregrinum qdringentis annis. Et Exo. xij. dicitur q mansio filioꝝ israel i egypto fuit quadringentis triginta annis. quia coputatio hmoi maioris numeri incipit a tempore q dictum fuit abrae Gen. xij. Egredere de terra tua. Coputatio vero minoris tempis incipit a natiuitate ysaac. que fuit. xxx. annis post egressum abrae de ara. Quarto modo ptingit eo q scriptura loquitur de futuro per modu preteriti. vt illud Esaie. ix. Partulus natus est nobis. Et hoc est ad notandum certitudinē pphie cuius euentus de futuro est ita certus. sicut si iam preterisset. Et hoc est ppter certitudinem diuine prescientie. ex qua fit reuelatio pphie. Aduertendu tamē q predictus modus locutionis habet locu in pphia pdestinationis seu prescientie. nō in pphia cōminationis que frequēter mutatur. vt patet in exemplo Ezechie. cui dictum fuit. Dispone tomui tue. quia morietis et nō viues. Esaie xxxvi. Et in minuitis. Sexta regula est de recapitulatione et anticipatione. In sacra enī scriptura nō semper eodeꝝ ordine gesta et facta scribuntur q fiunt. et iō qn preponuntur posteriora dicitur anticipatio. qn vero fit eōuerso. i. priora postponuntur dicitur recapitulatio. sicut Genes. x. dicit. Ab his diuise sunt insule gentium in regionibꝝ suis. vnusquisqꝝ fm linguam suā. Et postea ca. xi. dicit. Erat autē terra labu vni et sermonu eorūdez. Et quo patet q illud qd dicitur. in. x. c. de diuisione linguarū. dicitur per anticipationem. Similiter Gen. ij. postq moyses descripserat creatiōem celi et terre et ornatu eorum. postea subdit. Iste sunt generatiōes celi et terre. qd est per recapitulatiōem. Septima regula est de demone et eius corpore. vt dicit beatus Grego. in Omel. Lette omnium maloz hominum caput diabolus est. et omnes iniqui sunt membra eius. Et iō ppter cōneriōem capiti ad membra scriptura loquens de vno. in eodeꝝ cōtextu transit ad loquendu de alio. Sicut Esa. xij. loquēs de rege bābilonis scilicet nabuchodonosor. qui erat diaboli membrum transit ad loquendu de principe demonū cui subdit. Quō cecidisti lucifer q mane oriebaris. Et Ezechiel loquens de principe tyri qdam tyranno malo transit ad loquendu de diabolo cui subdit. Tu signaculū similitudis plen⁹ sapia et pfect⁹ decore. De multiplici vtilitate sacre doctrine. Cap. iij.

**Q**uod erit tāquā lignū quod plantatū est secus decursus aquarum. qd fructum suum dabit in tempore suo. loquens ppheta siue dauid siue Edras fm Hierico. de lira in hoc ps primo pro

logo psalmoz de viro iusto et spe beato. pprietas eius de scribit assimilans eum arbori iuxta aquas velociter currentes existenti tempore congnuo fructificanti. vt humilitas eius infinueat. quia in terra radicata. Studio sitas indicet. qz iuxta aquas situata. Operositas sancta manifestetur in fructificatiōe declarata. Neqꝝ enim timidi penetrare valent pfunda scripturarū sanctarū. Sed vbi fuerit humilitas ibi et sapientia. Teste sapientissimo Salomone. q humilitas ab humo tenuata se recognoscere facit puluerem et limū. ibi figens radices cogitationū. Quāuis enī allophili demonū obstruere nitentur. qz fodiebat puteos iustos ysaac per seruos suos. s. cogitatiōes suggerendo. errores et elationes. nō in preualuerit qn pseterans perueniret ad aquā viuā quā vocant abundantia scz virtutū q maxime in sacris scripturis reperitur. Et iō iuxta has aquas plantat mens eius vt assidue has hauriat in gaudio de fontibꝝ saluatoris. Quis vnqꝝ narrare poterit pfunditatē vtilitatem. multiplicitatē. suauitatē harū aquarū. Si quidē attestante Cassiodoro super ps. Omnis splendor rhetorice eloquentie. omni modo perice locutionis. qlibet varietas decore pnticiationis. a diuinis scriptoribꝝ sumpsit exordium. vno et moꝝ populi illius doctor et rector. cui in figura omnia cōtingebant. eductus de aquis egyptioꝝ doctrinaꝝ quibꝝ fuerat imbuit⁹. ebullientes ranas garrulas dyalecticoꝝ. fm Orige. cōuersis etiam in sanguine incentiuoz libidinum et errorū in deserto ecclie populus sicutem ad aquas salutes adduxit. que et si amare prius fuerant et impotabiles in superficie litte occidentis suaves facte sunt misso in eis ligno crucis. ita vt omnis populus sapientū biberet et iumenta simpliciu. Ad has suauissimas inuitabat Esa. dicens. Omnes sapientes exnite ad aquas. Quō christus ardentius agens clamabat in templo dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat Jo. vi. nam q biberit ex aqꝝ quaz ego dabo ei. doctrina scz euangelica gratia cōtinente. nō sitiet in eternū. ait idem samaritano Jo. nū. Pre suauitate eius mundatorū sit eruncta. Multiplicitas sensuum eius significatur in fluuio paradyfi voluptatis irrigandi. lingua eius qui ad nos descendens diuidit in capita. Ipa enī sapientia diuinorū que beatos continue erigat nobis reuelata in scripturis i quattuor sensus distinguitur. literalem. allegoricum. moralem et anagogicum. qbus inxrentes si in nram tempem. Et sic. spūs dñi ferebatur sup aquas. Gen. i. ad vanandum inelle cruz eaz. In his aquis iacob mittebat virgas populeas et amgdalinas partim tecorticas. vt in aspectu eaz oues potantes conciperent et parterent fruct⁹ varū veller⁹ resperfos. qz doctora

## Capitulum Tertium

ecclesie sententias in scripturis positas. partim  
fm litera. partim remoto cortice sensus mysti  
cos ppis sibi subditis debent ppinare. vt fructus  
bonorum operum varios dant tempore suo. Per  
hanc aqua sapientie ductus in spiritu ezechiel  
ppha. ad insinuandum in ea successiuos pfectus.  
**Primo** ipa opere sunt plante eius. scdo genua  
vltra pcedenti. exinde renes. **Demum** tanta in  
uenta est pfunditas vt trasuadari no possit.

### Utilitatem earum et §. I.

quot fructus ex ipis ppinatis et haustis nullus  
poterit sufficienter enarrare. **Iuxta** aquarum fon  
tes none patriarcharum. ysaac. iacob. moysi. sps  
salia cum rebecca. Rachel et sephora habuerunt in  
iria. vt intelligimus fm Origenem. illud impleri  
Osee. **Responsabo** te mihi in fide iuxta aquas  
scripturarum sacrarum. **Fides** enim ex auditu. **Au**  
ditus autem per verbum dei quod in omnem terram ex  
iuit Ro. x. **In** aquis maris submerso pharaone  
cum exercitu suo. transit populus dei liberatus ab  
eo. dno decantans Exo. xvi. **Omnia** quidem flu  
mina doctrinarum in mare scripture intrant. et  
ipm mare non redundat. vt dicit Eccles. i. in ali  
quid superfluitatis. **Et** in aquis huius maris  
cogitavit deus capita draconis infernalis. teste  
david. **In** cuius figuram ipse cum lapidibus sumptis  
de torrente aquarum funda iactatis immanem So  
liarum ad solum pstravit. i. Regum. xvij. **Quod** im  
plerum est quando christus fortis robore et tecu  
rus aspectu satanarum temptacionibus pugnantem  
autoritatibus sacre pagine deuicit ad plenum.  
Mat. iij. **In** iordanicis aquis huius sacre so  
phie mundatus est a lepra errorum et vitiorum.  
**Naaman** populi gentilis. non in fluuijs dama  
scenis abana et pharphar ethnicorum doctrinis  
vt arbitrabatur. **Reg. v.** **Iam** vos mundi estis  
ppter sermonem quem locutus sum vobis. inquit  
veritatis magister Jo. xij. **Hec** est piscina  
in pomerio mundiali. ad quam descendens susan  
na pulchra nimis sacrosancta videlicet ecclesia.  
non habens maculam neque rugam. se refrigerat co  
tra estus laborum et temptationum. **Sed** duo fal  
si senes pleni mutua cogitacione. scribe et phari  
sei. quod noluit misceri cum eis. pfidie eorum assen  
tendo. eam de adulterio accusant spirituali. quod  
christo adhaesit quem comprehendere non dum value  
runt. et morte eterna iudicant condemnandam.  
**Daniel** autem puer qui natus est nobis demum  
conuincit in fine de testimonij falsitate. **Sepe**  
ne applicandos Daniel. xij. **In** hanc piscinam  
hierosolimitanam post descensionem in ea. a magni  
consilij angelo mysteria eius per incarnationem im  
plendo. quoniam descendit in vnitatem fidei et dile  
ctionis. sanatur a quacumque detineatur anie in  
firmitate Jo. v. **Et** non solum contractus. sed et ce  
cus natus ad sanatoria filoe illuminatus est. Jo

an. ix. **Inuenit** onam aqua calidas in deserto a  
finas pascens. **Gen. xxvi.** quod dum simplices et  
humiles cogitaciones non elatas fouet in solitu  
dine exteriori et interiori. secum meditando totri  
nam ipsam. experit dilectione frequenter. **Ad** hu  
ius humorem inmittit deus radicem fidei in  
homine. quod paruit in eunuchis candacis regine  
ethiopum. **In** curru enim suo per desertum tran  
siens et legens **Esaiam** propheta. tenuit ad aquam  
ueniens credens baptizatus est. et iuit vias su  
as gaudens. **Eccles. i.** **Donec** et aque multiplicatae in  
expositionibus eleuentur archam ecclesie. seu anie  
in sublimi contemplacionis et spei. **Benef. vij.** vt  
finit ad deum viuum sicut desiderat ceruus ad fon  
tes aquarum. **Et** sicut audiuit ira et videat in ciui  
tate tomimi virtutum. **Demum** aqua sapientie sa  
lutaris potauit dominus electos suos. que tocet so  
brietatem. prudentiam. iusticiam et virtutem quibus  
nil melius in vita hominibus. **Sap. ix.** **Pute**  
us est aquarum viuentium iste liber vite. que fluunt  
imperu de libano superne scientie. quod recreatus  
heliassubmericio pane viriliter ambulauit vs  
que ad montem dei. iij. **Regum. xix.** **Bile** ergo aquarum  
de cisterna tua. vt prestatur et horatur sapientis  
simus salomon puerbi. v. que de celo descendit  
**Hanc** fontem sapientie verbum tomimi in excelsis  
**Eccles. i.** **Et** fluentia putei tui que sunt gloriose san  
ctorum doctorum doctrine. deriuent fontes tui fo  
ris. quod hec est que sparsa colligitur. erogata reuertit  
tur. et publicata suscipit incrementum. **Et** in pla  
teis quo vniuersi concurrunt aquas tuas diuide  
que arida loca non capiunt. habeto eas solus ne sit  
tecu socrates. plato. aristoteles. homerus. virgil  
lius vel naso. tullius. varro et amneus. **Si** enim  
sunt alieni qui non debent esse principes tui. **Ira**  
exponit Joan. tomimi. cardi. vel habeto eas solus  
ruminando et operando. **Nec** comunicet alienus  
lucra vel honorem. et gloriam seculi inde expe  
ctando.

### Quot fructus arbor. §. II

rationalis plantata iuxta aquas scripturarum scripturam  
faciat. pulcherrime ostendit Hiero. in prologo  
psalmoz dicens. **Hic** habet infans quid lactet  
**Puer** quid laudet. **Adolescens** quid corrigat.  
**Iuuenis** quid sequatur. **Senior** quid pteratur.  
**Hic** discunt femine pudiciam. **Populi** inue  
niunt pietatem. **Didne** iudice. **Paupes** prote  
ctorem. **Aduene** custodem. **Hinc** inueniant re  
ges quid audiant. **Judices** quid timeant. **Hec**  
tristem consolatur. **Letum** temperet. **Fratum** miti  
gat. **Paupem** recreat. **Diuitem** vt se agnoscat  
inrepat. **Omibus** se suscipientibus apra medi  
camenta tribuit. nec peccatorem respicit. sed per pe  
nitentiam remedium ei ingerit. **Post** hec de ostendit  
ditur. **Simulacra** irrident. **Fides** asserit. **Peri**  
fidiarepudiat. **Iusticia** ingredit. **Prohibetur**

## Titulus Undecimus

iniquitas. Misericordia laudatur. crudelitas abdicatur. Veritas requiritur. Mendacium damnatur. Dolus accusatur. Predicatur penitentia. Pax sequenda promittitur. Spes certa nutritur. Sed quod his omnibus est excellentius. christi sacramenta laudantur. **hxc Hiero.** In ea reperiuntur perfectiones ex ibi narratis ut omnipotentiam in Beneficiis mundi creatione. Dei clementiam in Exodo. ex liberatione in exitu israel de egypto Reuerentiam et maiestatem in Levitico. ex sacrificiis et ceremoniis. Eius patientiam in libro Numeri. Fortitudinem in bellis Josue. Longanimitatem et misericordiam in volumine Iudicium. Providentiam in libris Regum et hmoi. Et sic de alijs etc. Imo etiam quecumque ibi scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ut per exempla et dicta illorum qui ibi laudantur. curramus per viam virtutum ad bravium sapientie vocatioms. Respice ibi et inuenies alios deuotionem. Enoch contemplationem. Noe credulitatem. Ebrae fidelitatem. Isaac patientiam. Iacob prudentiam. Ioseph castitatem. Moyse charitatem. Pharaones sanctam emulationem. Aaron deuota oblationem. Iude audaciam. Josue confidentiam. Dathanis recititudinem. Samsonis fortitudinem. Dathan equanimitatem. Samuelis integritatem. Iob redargutiones. Iobie correctiones seu monitiones. David misericordiam. Salomonis penitentiam in ecclesiasten. Helie zelum pie aq Helisei telum equitatis. Eliae stabilitatem. Ezerie magnanimitatem. Ezechielis rigorem. Danielis feruorem. Ieremie singultum. Iudithis machabei cultus. Elezari amorem patrie. Hazie virore patrie. In nouo testamento christi homini obedientiam. Petri eius innocentiam. Petri longanimitatem. Angelorum exultationem. Pauli sublimitatem. Baptiste confessionem. Andree magistrum in cruce. Jacobi desiderium in luce. Joannis sapientiam. et hinc scientiam. Aliphis iusticiam. Philippi refulgentiam. Bartholomei nobilitatem. Matthei veram sanctitatem. Symonis constantiam. Iudei reuerentiam. Matthei humilitatem. Marci sinceritatem. Luce vigiliantiam. Barnabe eminentiam. Cum innumeris virtutibus legendis et tangendis in sola pbia quam deus pro salute nostra dignatus est mundo misericorditer reuelare. **hxc Jo. to. card. in noctilucis.** Sed conqueritur dominus per hieremiam dicens Duo mala fecit populus meus. Quod dereliquerunt fontem aque viue. cum. scilicet. sacram doctrinam diuinam maiestatem. gratiam virtutum. gloriam beatorum. docentem et inducentem. et foderunt sibi cisternas dissipatas. pro aquis doctrinam infidelium. que continere non valent aquas. In terra scilicet mentis sue curiositate destruente. in qua colligant aquas errorum a potestantibus aeris descendentium. que continere non valent eas. quia in

satiabilis est curiositas humana. nota quere et nunquam dicens sufficit. Semp enim tales sunt ad discendum. et nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. ut ait apostolus. Et sicut filiquis porcorum satiari nequibat prodigus adolescens. qui substantiam suam dissipauerat scilicet doctrinis ethincorum que instant non nutriunt. ut exponit Hiero. Et habetur di. xxxv. Ita nec fitim extinguunt seu extinguere possunt his turbidis aquis.

**Doctrina gentium philosophorum vel poetarum non profluit ad salutem.** // **Capitulum. iiii.**

**U**eruntamen in diluuiio aquarum multarum ad deum non appropinquabunt. ps. xxxi. Et scribitur Gen. i. diuisit deus aquas que sunt sub firmamento. ab his que sunt super firmamentum. Et super firmamentum aque que sunt super celos consistunt. diuina scilicet oracula veteris et noui testamenti. diuise sunt ab aquis doctrinarum mundanarum que in terra obscura miscentur. Nam aque ille superiores. pagine sacre limpidiissime sunt. quia preceptum domini lucidum illuminans oculos solidissime sunt et vnite. quia verba mea non transibunt ait dominus Luce. xxi. Aque que sunt super celos sunt. celum cristallinum nuncupate. commendant. eius magnitudinem infinitantes. Scrutamini scripturas et sunt que perhibent testimonium de me. Jo. vi. dixit deus hominibus in terris. Aque vero inferiores doctrine scilicet gentium perfidorum. iudeorum aut hereticorum obscure sunt et turbide erroribus immixte. ps. cxv. Omnis homo mendax. Non stabiles. sed confutatae. Iuxta illud Matthei. xv. Omnis plantatio sceleris doctrine quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. et non solum ab vnitate vere fidei recedunt. sed etiam a se inuicem diuise sibi contrariantur. Non laudant dominum hmoi aque verum. sed falsos deos et eorum scelera. querentibus eorum auctoritatibus non gloriam dei. sed propriam. Nec ergo quia aque multe non vnice. de veritate tractantes sed multe. in erroribus diuuium generant. dissipans terram. quod omnes extinguit viuentes. nisi in archa ecclesiastice doctrine saluatos. Non ergo homines appropinquabunt ad deum vere intelligendum. aut diligendum. aut possidendum in diluuium aquarum multarum. **Unde. b. Augustinus. in Omel. sup. Jo. ait. Fuerit quidam pbi de virtutibus et virtutibus subtilia multa tractantes. diuidentes. diffiniens rationes acutissimas occultantes. liberos implentes. sapiam suam buccis crepantibus ventilantes. qui etiam auderent dicere hominibus nos sequimini. sectam nostram tenere si vultis bene viuere. Sed quod non intrabant per hostium. perdere volebant. fractare et occidere. Dicant ergo pagani. Bene viuimus. Si postquam non intrat quid eis prodest unde gloriantur.**



## Capitulum Quartum

Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vivere, ut ei deus semper viuat. **N**ec bene vivere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cecitate nesciunt vel inflatōe stemunt. **N**on est autē cuius spes vera et certa semper viuendi, nisi agnoscat vitam que est christi, et per ianuam, id est fidem christi intrat in ouile scilicet ecclesie. **Q**uerunt ergo plerumque tales persuadere hominibus, ut bene viuant et christiani non sint, per aliam partem volunt ascendere et maculare et perdere, non ut pastores seruare. **I**uxta beati Augustini. **Q**uā autē in proverbijs. **A**que furtive dulciores sunt doctrine, scilicet ethnicorum vel hereticorum, que molles sunt non solide, ut qui super celos sunt, quia mollem faciunt animū, et ad delicias et lasciuas inducentes, qui furtive dicunt, quia preciosam viri aniam rapiunt his poratam. **D**el quod si qua vera illi dixerit, furati sunt ab alijs, sibi gloriā non deo ascribentes, vel quod legi veritate committere sunt di. **I**uxta epistolam. **I**deo dulciores videntur propter ornamentum earum delectantem, tum quod nititur in veritatem semper cupimusque negata. **S**ed nouissima eius amara quasi absinthium ad perditionem ducendo. **P**ropter hoc enim gigantes qui fuerunt magni munda sapientia, genuerunt sub aquis, ut scribit Job gemitu sempiterno. **E**t si igitur omnis sanctus christi sanguine tinctus orat in tempore oportuno, scilicet huius seculi per hac remissione peccatorum obtinenda de qua per dixerat, verum in diluuiū aquarum huius temporum doctrinarum fallacium non appropinquabit eam obtinendo, quod per ea non erodant deum penitentiam ignorantantes. **D**e per his ethnicis loquens apostolus ad Romanos, i. dicit, obscuratum fuisse cor eorum et traditos in reprobum sensum. **R**epletos cum sectatoribus suarum doctrinarum omni iniquitate, subdens ex illa generalitate, xxi. species eius, concludens propter hoc dignos morte, scilicet eterna. **E**t Polycratus li. vii. c. ix. **C**um dixisset poetas, historicos, oratores, mathematicos esse legendos, nocentem ex inde sequens exprimit dicens. **C**um hi in ius suū dicant animū, si polliceantur noticiam rerum, virtutem tamen deducunt et submouent cultum. **D**icit et Cicero cum de poetis ageret ut diligentius audiat ex clamat, **C**lamor et approbatio populi, quasi magni et cuiusdam sapientis magistri, et qui ad commendationem sufficiat plausu suo quos vult facit autenticos. **E**t illi qui tantis efferunt quantas obducunt tenebras quasi metus inuehunt, quasi inflammant cupiditates. **S**i stupra adulteriaque conciliant, varias tibi reparant artes, furta, rapinas, incendia docent. **Q**ue sunt vel fiunt aut fingi possunt, mala exempla proponunt oculis multitudinis imperite. **Q**ue incendia celi succensi, aut maris inundatio, aut terre hyar tantas fecit populorum strages, quantas isti faciunt mortiones etc. **I**sidus, etiam in libro de summo bono ait. **I**deo prohibet christianus fragmenta legere poetarum, quia nimirum mentem excitant ad incen-

trua libidinum. **E**t non solum thura offerendo de monibus immolant, sed eorum dicta libenter capiendo. di. **I**uxta xvij. **P**arrauerunt mihi iniqui fabulationes, inquit psalmista, sed non ut lex tua, vide te ne decipiamini per philosophiam ait apostolus, et inanem fallaciam.

### Nota secundum Jo. do. §. I

minici cardina. ubi supra. quod vera philosophia in tribus consistit scilicet, in religione, moribus et doctrina. **S**i enim philosophia est diuinarum humanarumque res cognitio seu creaturarum creatorisque utilis inquisitio, constat quod iuxta platonis sententiam in tres partes diuiditur scilicet, diuinalem, moralem et rationalem. **P**rima dixerit theologica. **S**ecunda ethica. **T**ertiam rationalem logicam. **P**rima spiritum accendit secunda dirigit vitam, tertia perficit naturaliter intellectum. **P**rima tradit in metaphysica, secunda in ethica, tertia in physica peripateticorum doctorum. **P**rima parte nouimus cultorem platonem vel potius hermetem. **S**ecunda magni socratem veneratur patronum. **T**ertia summe ampliauit aristoteles. **P**lotinus vero per singulis partibus insudauit. **E**t idem est quod apud platonem philosophia diuidi. **I**n moralem que in actione versat. **I**n naturalem que contemplationi deputatur, vnde sub ea theologica comprehenditur, prout ex natura et proprieitate creature cognoscitur creator. **E**t rationali qua verum a falso discernitur, ut testatur beatus Augustinus, de ciui. dei. **E**t sub rationali comprehenditur trivium et quadrivium, id est artes liberales. **S**ub morali, scientia iuris comprehenditur. **S**ub medicina sub naturali. **A**lii tamen distinguunt naturalem, que est de naturis rerum, que spectat ad physicam, theologiam, que agit de deo, angelis, de monibus et huiusmodi, que tangere videtur metaphysica.

### Philosophia moralis §. II

ralis gentilium non sit vera philosophia, et ipsi philosophie autores non fuerunt veri philosophi. **P**robat Iohannes comi. in noctiluca sic. **E**thica est virtus moralis aut eius peritia, et ethicus moraliter virtuosus existit. **A** virtute vero et peritia eius omnis error excluditur, vitium namque nascitur de errore hinc patet dictum in ethica mundi. **O**mnis malus ignorans. **A**d ethicum autem pertinet non solum finem propter quem omnia extimantur fienda inquirere, sed etiam inuenire, et circa inuentum non errare. **N**ullibi enim periculosius errat quam cum de ultimo fine tractatur. **P**aruum enim error in principio maximus est in fine. **E**thice enim principium est ultimi finis rimatio, finis verovirtutis inductio. **O**mnes autem illos ethnicos philosophos et poetas et rhetores, circa diuinitatem multipliciter errasse non est dubium, quibus ultimam finem descriperint. **S**imili modo dici potest omnis

## Titulus Undecimus

